



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 6. An cognoscat de caus matrimonialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO SEXTA.

An cognoscat de causis matrimonialibus.

SUMMARIUM.

1. Prælati inferiores possunt causarum arduarum jurisdictionem præscribere.

Respondetur negative. Quia matrimoniales causæ sunt Episcopales. *ca. accedentibus ubi DD. de excess. prælat. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de Refor. æquiparantur enim matrimoniales causæ criminalibus. cap. pen. de Res. in integ. gloss. Barib. & DD. l. 3. §. quacumque ff. de iurejurando. de quibus conservator non cognoscit. Idque nisi diploma conservatoriale aliud disponat; uti jam quæstione secunda diximus. arg. cap. 2. de officio vicarii in 6. aut nisi etiam consuetudine vel præscriptione aliud sit indicatum. Navar. cons. 3. num. 4. de offic. del. ca. auditus ubi DD. de præscrip. Abb. d. ca. decedentibus num. 3. ubi etiam apost. possunt enim Prælati etiam Episcopo inferiores jurisdictionem talium causarum præscribere. ca. 1. de const. in 6. ca. 1. de consang. Cognat. in epit. q. 2. cap. 8. §. 12. Abb. d. cap. auditus Sayrus in floribus decisionum tit. 17. de offic. deleg. dec. 2. qua de re vide plenius infra quæst. 96.*

QUÆSTIO SEPTIMA.

Conservatorum jurisdicctio an possit prorogari.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Jurisdicctio ad universitatem causarum potest prorogari. | 5. De prorogatione rei ad rem. |
| 2. Item iudicum specialiter deputatorum pueri scholarium artificum, &c. | 6. De prorogatione loci ad locum. |
| 3. In aetna mixto qualitas præponderans est consideranda. | 7. De prorogatione temporis ad tempus. |
| 4. Quatuor sunt prorogationis species. | 8. De prorogatione personæ ad personam. |
| | 9. De prorogatione causarum meri & mixti imperii. |